riet? Si tu tibi places, si minus te non æstimes,
icis, quod non te concussisti, non examinasti.
cute te, & farina bonorum cadente, nihil nisi
fures & miseriam invenies. Est enim univer-
anitas omnis homo; est tandem omnis caro
um. Pulvis est, & in pulverem revertetur.
colaus Medicæus Princeps, cum post mul-
exspectationes ipsi esset natus filius, lacri-
ns. *Et tu fili,* ait, *ad ferendas hujus seculi cala-*
ates advenisti! de Olao Danorum Rege,
n magna esset annonæ caritas. Saxo Gram-
ticus lib.12.pag.213. *Divinum natalem cele-*
ns, pane in domo non suppetente, cum jejunos
cum quaque penates aspiceret, erubescenda men-
um inopiâ magnopere confusus, obductô mani-
capite, suffusoque lacrimis vultu, per summam
imi ægritudinem temporis difficultatem gemi-
prosecutus est, &c. Veteres enim in abyssum
manæ miseriæ cogitationes dum immitte-
nt, crebris semper pectus laxârunt suspiriis:
æsertim quando dilectus aliquis Dei ami-
s terræ mandandus menti eorum occursa-

bat

bat atq; oculis, de quo Henricus Müller ca
22. *de cæleſt. oſculo amoris*. pag. 725. *Non poteſt e*
primi, cum Deo dilecti decedunt, quantum be
dictionis, quantum boni unà è mundo auſferat
Quando pium deportari cernis ad ſepulchru
die tecum: En iterum benedictio tollitur mun
Hinc tot antiquorum in funere amicoru
gemitus, tot piæ ad ſepulchra olim lacrim
uti de B. Eppone memorat Helmoldus *Chr*
nic. Slavorum l. 1. c. 78. num. 4. eum S. Viceli
tunicam pene operuiſſe lacrimis. Conf. Bed
dict. Peterium in c. 34. *Geneſ.* v. 33. Corn. à L
pide in 50. *Geneſ.* 10. 11 & *in Jerem.* c. 22. v. 18.
de Chriſtierno II. Danorum Rege captivô J
nas Koldingenſis: *Cum paulo ante Chriſtian*
III. defunctum audiret, lacrimis obortis, ſe ejus
mitem brevi fore, cum deſideriô elocutus eſt. O
& nos hac tali mente juſta ſolennia, cum
funus prodimus, ſolveremus defunctis, ſ
tamq; illam ac vulgaribus cum ſermonib
tum picturis tritam mortuorum næniam n
bis applicaremus: *Hodie mihi, cras tibi*: no
ne calidis manarent ora lacrimis? quomo
de monachis ad Auſtregiſili monumentu
flebiles preces fundentibus memorat Vince
tius *in ſpeculo hiſtoriali* l. 23. c. 29. *Eſt enim m*
numentum accommodatiſſimus locus, ut in e
pr

ſpectu viri religioſi & pii lacrimas fundant, madmodum & Maria Magdalena fundebat, ſpiciens in monumentum Domini, de quâ item dicitur in Evangeliô: Vadit ad monumentum ut ploret ibi. Qui enim perſpexit oculis tam erioribus quam interioribus cordis in monuentum, ſtatim agnoſcet brevitatem & miſeri- præſentis vitæ, & inſtantem ſibi mortem abq; ulturam; ad quam etiam ipſe Chriſtus venire e eſt dedignatus. Ex quâ conſideratione facilè olvetur in lacrimas, atq; illas humiles & fruoſas, ipſiq; Deo gratiſſimas. Sicut & ipſe Dominus, ut ex Evangeliô conſtat, cum veniret ad numentum Lazari, quem diligebat, lacrimaeſt. Ait Didacus de Yanguas *de præcipuis riſti & Sanctorum feſtis* l. 2. p. 453. Ploremus tur ardenter, ploremus humiliter, ploreus indeſinenter, ſiquidem juxta Gregorium *ocunq; oculos mentis vertimus, materiam* (eemq; ſatis prægnantem atque uberem) *randi habemus.*

CAP. V.

De præparatione veterum ad Agni innocentis epulum.

PHilippus Alegambe Bibliothecæ ſuæ pag. 223. refert. Johannem Baptiſtam Cyſatum natio-

natione Germanum, gente Helvetum, Pat
Lucernensem, Mathematices in Academia
golstadiensi Professorem, scripsisse ac stru
se. *Tabulam cosmographicam versatilem*, c
ponit ob oculos, Societatem Jesu ita esse
terrarum orbem disseminatam, ut immac
latum Agnum nullâ non horâ alicubi gen
um offerant. Quod si quis in altissima spe
lâ constitutus, extremam hujus seculi tepi
tatem, ne dicam impietatem securissima
intueri posset, quâ ad Sacrosanctum hoc ep
lum ubiq; locorum accedunt communican
ri, nonne totô corpore perhorresceret? Ve
Conradus Rittershusius in Salviani Massili
sis opera commentans pag. mihi 422. *A rec
tioribus quibusdam*, ait, *scriptum dictumq; n
minimus, in priscis Ecclesiæ civibus, plus consci
tiæ fuisse, quamvis fortè hodie in Christianis q
busdam plus sit scientiæ*. Nam devotionem a
tiquorum Germanorum, ad cantum SU
SUM CORDA piè se præparantium tan
Goldastus Tom. 2. part. 2. *rerum Alemann*
177. edit. Francof. A. C. 1606. de qua ceremon
pluribus agunt Lobbetius *in speculo Ecclesia
corum* c. 9. §. 10. Calixtus *de sacrificio Christi
mel in cruce oblatô & initerabili* th. 80. 81.
seqq. Dorscheus *Pentad.* dis. 7. §. 1. Hoornbe

cœnæ ritibus diſp.5.th.3. ac multi alii. Fran-
cus Labata Tom.1.p.1141.&Matthias Faber.
m.3.p.87.ubi de Sanctâ Euchariſtia, & di-
â ad ea præparatione,comparantEccleſiam
uæ,quam in ſomnis viditNabuchdonoſor
nielis 2. *Aurea enim & ferventiſſima fuit in*
tidiana fermè communione tempore Apoſto-
um: argentea tempore S. Baſilii, Hieronymi atq;
guſtini; ærea tempore Chryſoſtomi: poſteriori-
eculis ferrea, ſed noſtro ævo partim ferrea par-
lutea. Graviſſimas ſuper ea re Doctorū que-
as juvat apponere. Chryſoſtomus homil.83.
cap.26. Matth. Tom.3. fol. 400. & repetit
m.60.ad *popul. Antioch.* Tom.4. Qui locus
e dignus, ut ab omnibus volvatur. *Non*
va nobis imminet pœna, ſi quem aliqua impro-
ite tenari ſcientes, ei hujus menſæ participati-
m permittatis. Sanguis enim ejus ex manibus
uiritur veſtris. Et poſt aliqua: *Idcirco vos*
us voluit tanto honore decorare, ut hæc dili-
tiſſimè diſcernatis. Hæc eſt dignitas veſtra,
ſtabilitas, hæc corona, non quia tunicam indu-
andiſſimam per Eccleſiam ambulatis. Conf.
nino Bellarminus conc. 8. *Domin.* 4. *Ad-*
itus pag. mihi 61. Rodericus item Zamoren-
Epiſcopus *in ſpeculo vitæ humanæ* l.2.c.12. fol.
hi 88. Bellarminus iterum l. 2. de *Sacramen-*
to

to Eucharistia c.5. principio scribit: Pius p
primus, qui eodem tempore sedit in Pon
catu, quo Justinus florebat, statuit pœnam
tis gravem in eos, quorum negligentia aliq
Dominici sanguinis in terram, vel etiam
per ipsum altare deciderat: jussitq; loc
lambi, radi &c. ut patet ex Gratiano de c
secrat. dist.2. can: si per negligentiam. Et ex
5. Burckhardi. Quamvis autem non hab
mus nunc epistolam ipsam Pontificis, tam
satis probabile reddit hoc testimonium, t
auctoritas Ivonis, Burckhardi, & Gratiani, t
etiam, quod legamus in Tertulliano, Ori
ne, Cyrillo, & aliis, qui proximi fuerun
temporibus, summam diligentiam adhib
solitam in Ecclesia, nequid Sacramenti hu
ullo modo in terram decideret. Quid in
lum statuet Deus, qui aut corde obdurato
mensam hanc Angelis tremendam prope
aut sanctum hoc epulum porcus ipse *exh*
porcis; ac *margaritas* immensorum tot myst
orum, canis ipse, *projicit canibus?* Laudatu
historia tripartitâ S. Ambrosius, excluden
communione Imperatorem Theodosiu
Quomodo ore tuô stillante sanguinem perci
pretiosum sanguinem Christi? l.9.c.30. de c
dignus qui volvatur Theodoretus *hist. Ec*

c.18. Laudatur Antiſtes Danorum Wilhel-
us, excommunicans Suenonem Regem, ve-
i id latè proſequitur Saxo Grammaticus l. 11.
09. ed. Stephan. Conf. Calixtus ad Haſſiæ
ndgrafium *Append.* p. 124. 125. & ſeqq. Nico-
s Rebhan ac Henichius *de pœnitentiâ la-*
rum. Veteres enim tantâ animi contritio-
tanto devotionis fervore ad ſacroſanctum
riſti epulum accedebant, ac ſi ex ipſius pe-
re haurirent pro peccatoribus fuſum ſan-
nem, immergentes ſe totos in paſſionis in-
auſta merita. Divus Chryſoſtomus quo-
divinæ corporis ac ſanguinis Chriſti men-
accumbebat, toties applicato ad ſacrum
riſti latus ore ſacroſanctum ſibi ſangui-
n haurire, & omnium ejus meritorum par-
eps fieri videbatur. B. Domnolus, uti men-
n nunquam ſine mendicis, ita aram acceſſit
nquam ſine lacrimis. Catharina Senenſis
ut infans ad materna ubera, ita ad hoc ſa-
mentum anhelaſſe ſcribitur, Hedvvigis e-
m Poloniæ princeps multum ſemper plo-
s ad cœleſte hoc dicitur veniſſe epulum:
omodo & Engelbertus Archiepiſcopus ex-
mologeſin nunquam obivit ſine lacrimis.
nc in ſacris calicibus olim imago erat Chri-
forma Paſtoris, ovem errantem humeris

 re-

reportantis, teste Tertullianô *depudicitiâ* 10.pag.1201. & 7.p.1199. de quo egregiè loqu tur Nicolaus à Montmorencii in part. 1. *p rum medit:* (edit. Coloniæ 1616.) cap. 4. p. 22 *Ecce ipsemet te ad se invitat, & vulnera ejus, quibus ingrediaris & munderis, tibi patent, t (si velis) sunt & refugium & habitaculum: A as ergo cum fiducia thronum gratiæ ejus, O anin mea, ut misericordiam consequaris, & gratia invenias in tempore opportunô; clama usq; in c lum, & intimis præcordiis, postulans, ut pius Je in gratiam te recipiat, in sanguine suo à sordib & peccatis abluat te &c.* Ibidem cap. 11. p. 6 *Ecce in vulnera tua, Domine Jesu, me projicio; tum in sanguine tuo lavandum me trado & i mergo, in misericordia tua confido: tu pro brachia tua tàm amorosè extendisti in cruce, ratum te ostendens in amplexus peccatorum:* & Ludovicus Blosius c.6. *monil. spiritual.* ait, ad nam SS. Eucharistiæ memoriam cor homi merito debere colliquescere & diffluere. enim hic verè vitæ panis, quem qui debita verentia sumit, is *in Christo manet, & Chris in illo*, ita ut in ardua hujus vitæ peregrinati ne perpetua ipsi constet singulariq; subsid ac solatio sit passionis Christi memoria. Siq dem *hoc accipitur in pane, quod pependit in c*

& hoc sumitur in calice, quod effusum est de Christi latere, ait Hugo de S. Victore l.3. *de anima* c.50. & Paschasius epist. *de corpore & sanguine Domini* [Tom. 1. *biblioth. patr.* col. 205. A.] Ambrosius precat. 1. ad Missam: *Quanta reverentiâ*, ait, *& tremore, quantâ corporis castitate & animi puritate illud divinum & cœleste sacrificium est celebrandum, ubi caro tua sumitur, ubi sanguis tuus in veritate bibitur* &c. Et post pauca: *Sana palatum cordis mei, ut sentiam suavitatem amoris tui*, &c. B. Anselmus Archiepiscopus Cantuarensis *in speculo Evangelici sermonis* c.18. *O Salvator meus, Deus meus, veniat, veniat, oro, tempus: ut quod nunc credo, revelatandem oculis aspiciam*, &c. Thomas de Kempis *de imitat. Christi* l.4. c.17. *Cum summâ devotione, & ardenti amore, cum toto cordis affectu fervore desidero te Domine suscipere, quemadmodum multi sancti & devotissimæ personæ in communicando te desideraverunt* &c. Nec enim cura, cum liber in omnium manibus versetur, lubet addere. De Hiltenii Monachi captivi ad conspectum S. Agni, qui ipsi porrigebatur, piis vocibus: *O Domine Jesu venis ad me, & ego deberem venire ad te*: Gregorius Strigenius part. 1. Dom. 4. Adventus. Bonfinius dec. 3. l.8. fin. pag. 493. memorat, Hunniadem Regis

 Mat-

Matthiæ Hungarorũ patrem, extremo mo
bo laborantem, cum consiliarii Concionat
rem accersendum dicerent, qui offerret i
sacram hostiam: procul, inquit, absit, ut Sa
vator meus me sequi debeat! Quin ego po
us ipsius intrabo domum, & si per vires n
licet vel rheda me vel per servos meos d
portandum curabo. Si enim tot itinera, lab
res, pericula hominum gratia exantlavi, a
non & ipse jam procederē Salvatori meo o
viam, qui sanguine me suo atq; corpore p
scere vult ad remissionem peccatorum & v
tam æternam! De sanctissimâ præparatio
ad venerabile hoc Sacramentum, quâ sub ex
tum vitæ se commendavit Carolus V. Imper
tor inter cœtera dicens: *Mane in me Domi*
ut ego maneam in te: Multa Thuanus l. 21. pa
429. Wolffius *memorabil.* Tom. 1. præf
Chytræus ad an. 1558. Peucerus *continuat: Chr*
nic. in Carolo V. & alii. Henricus VIII. Angli
Rex, post vitam non ita laudabiliter exactam
in fatali tamen lectô erga divinam Eucharis
am, è sellâ surgens, genibus humi defixis, rev
rentissimum se præstitit. Cumq; astantiu
unus suggessisset, posse Regiam Majestaten
valetudine præsertim tam imbecilli, seden
tem epulo divino refici, respondit grandi sp
ritu

u: *Si me penitus in terram abjicerem aut in terram, ne sic quidem huic Regi satis exhibem honoris, qui omnia mihi dedit, repetiturus nia.* Florimundus Remundus *de origine res.* l.6.c.5. num.3. Ferdinandus Magnus Callæ Rex, Spondano ad anni 1065. finem te-, postridie ejus diei, quo ægrotore cæpit, cul- prorsus Regio, præsulibus comitantibus de-us est in templum. Hic singula Regum or-menta deponens, Deoq; sua velut restitu-s, ad aram remisit, ipse ciliciô indutus, & ci-re aspersus in terrã se abjecit cum lacrimis, itq;: *Domine, Regnum quod à te accepi, tibi tituo: colloca me, quæso, in æterna luce.* Alte-q; ab hoc die Sacrosanctam Christi cænam cessit, & in eodem templo felicissimè vita cessit. Eberhardus Bux Wittebergensis, ad rpus Domi, veluti si convaluisset, erigens *Ago tibi,* inquit, *æterne Deus, pater Domini stri Jesu Christi, gratias ingentes, quod ostendi- consolationem conscientiæ, meæ per filium tu-, & revocasti me ad pænitentiam.* Joh. Man-s *collectan.* pag.125. Veteres enim id unicè rabant moribundi, ut Sacramento cœnæ se unirent, quod hanc ob causam VIATI-UM dixêre, uti istud egregiè docet Isaacus asaubonus *exercit.* 16.§.52. Et in Concil. Ni-

cæni c.13. (Tom.1.*concil.*fol.151.) *Si quis egrea-tur è corpore, ultimô & necessariô VIATICO mi-nimè privetur.* Quomodo id egregiè de Hieronymo testatur Marulus Spalatensis, d[...] gnus qui volvatur l. 4. c.12. pag. mihi 380. ite[...] de S.Ivone lib.5.c.9.p.510. Optatus Millevit[...] nus princ. l. 5. de *Schismat. Donatistarum.* S[...] cœnam vocat *pignus salutis æternæ, & tutela[...] fidei* & SPEM RESURRECTIONIS: qua[...] hoc ipso Sacramento egregiè confirmasse v[...] riis S. Patrum rationibus ostendunt Nicola[...] Selneccerus *in Psalmum* 90. fol. 408. Geo[...] Mylius conc. 4. de *Resurrectione mortuoru[...]* Paulus Jenisch *in thesaurô animæ* p. 492. 49[...] atq; alii. Finimus verbis Johannis Breme[...] part.4. *confractæ arundinis* c.4.pag.273. [eu[...] qui propterea, quod dignè præparare se n[...] possit, planè privat se sanctissimo hoc conv[...] vio, sic masculè confortantis:] *Nec enim S[...] cramentô Jesu Christi eum in finem uteris, ut [...] ipsum vel ipsius Sacramentum tuâ devotione sa[...] ctifices, sed ut tu potius ab ipsô sanctificeris, acce[...] daris, & ad perfectionem aspires. Quæris sigi[...] remissionis peccatorum tuorum, gratiæ, ac mi[...] rationis Dei, quid autem illis tibi opus esset, si in[...] ipsô jam perfectus esses?*

CA[...]

CAP. VI.

De antiquis aliquot adorantium ceremoniis.

ORasse veteres AD ORIENTEM versos, docent Pontanus *Attic. bellar.* pag. 445. Hildebrandus *in rituali orantium* (quem remittimus Lectorem, nec enim ab is pertractata expedit tangere) multiq; alii. tionem assignat Philippus Caroli *Antiquit.* c. 4. quod se à Judæis ad occidentem olim ecantibus separare, & ad orientem solem stitiæ semper animos voluerint flectere atq; ulos: Christum enim ita cruci suffixum fu- e, ut facie Hierosolymis aversa occidentem ectaret: hinc veteres non aliter mente fu- e, dum precarentur, affectos, quam si faciē omini nostri Jesu Christi in cruce ad occi- ntem conversam continue aspicerent. *Pro- rea etiam inclinato capite mori voluit, quoni- n sicut Paulus 1. Cor. 11. scribit, caput Christi De- est. Hic autem Deus, propter peccatum primi rentis faciem & oculos suos averterat ab ho- inibus atq; declinaverat quasi inimicus, nec po- rat ad nos converti & inclinari, nisi per passio- m Christi. Inclinari autem alicui solet quis di- quando illum diligit &c.* ait Didacus de Yan- nas lib. 1. *de præcipuis Christi & sanctorum festis*

 p. 398.

p.398. Juxta Lobbetium *in speculô Ecclesiasti-corum* c.7.§.8. *Peccator est in occidente, Deus au-tem in oriente, &c. Nos igitur, qui à Christ-Christiani dicimur & sumus, ad orientem verge-re debemus, quia ex vero Christus est oriens &c.* Ibidem aliam causam affert Damascenus, *quo Christus, cui ab æterno Patre datum est in morta-les judicium, venturus sit ab oriente &c. Nosq; vi-vi etiam ac spirantes in medio vitæ cursu medite-mur, & æquâ lance pendamus supremum illu orbis actum &c.* Hinc notabiliter ad orienten compositi reconduntur omnes mortui, in-nuentes hac tali ceremoniâ, se exspectare di-em gloriosum magni illius Dei ac Salvatori nostri, ejusq; opem quasi implorare, quipp qui è pulvere terræ eos iterum excitaturus si notante Guilielmo Durando l.7.c.35. *Debe autem quis sic sepeliri, ut capite ad occidentem p-sitô, pedes dirigat ad orientem, in quo quasi ips positione ORAT: & innuit, quod promptus sit, u de occasu festinet ad ortum: de mundo ad secu-lum:* (2.) Alium orandi ritum habet Lobbe-tius Tom.2.pag.61. Habitus orantium hic o-lim fuit antiquo & prolatô more: Extern totius corporis habitu ac compositione sup-plicem præ se ferebat; nec MANU solum, se etiam ORE gestabat OLEÆ virentis RA-

MUM

LUM, pacis ſcilicet ac concordiæ Symbolum; manibus quidem, ut re etiam ipſa atq; ere teſtatum omnibus facerent, pacem ſe le & concordiam prenſare impenſius: ore tem, ut etiam verbis exprimerent, quis eſſet imi ſenſus: quæ cogitationes, quis æſtus luntatis; is ſcilicet, qui pacem cogitaret ac queretur. Apponit ibi duplicem Auguſtini tentiam è lib. de *perfectione juſtorum* & m. 4. *de Sanctis*. Quibus ego addo è ſerm. . *de temp*. c. 8. & 9. ubi inter cœtera: *Obſer-te, attende te. Modo es oraturus, dimitte ex* OTO CORDE, &c. Similiter Gregorius m. 27. *in Evang*. & l. 9. *moral*. c. 9. Illuſtrans rem. c. 15. v. 1. Si ſteterit Moſes & Samuel coram me, non eſt anima mea ad populum i-m. *Quid eſt*, inquit, *quod Moſes & Samuel teris Patribus in poſtulatione præferuntur. Niſi od hi duo tantummodo in cuncta Teſtamenti teris ſerie pro inimicis ſuis leguntur oraſſe?* Oraturi in magno luctu ſepeliebant ſe CRIMIS & CINERE, de quo Boldueius cap. 2. *Job*. v. 12. multa: & v. 8. ibidem mon-at *ceremoniale fuiſſe, atq; priſcis illis tempori-s uſitatum, ad denotandum miſerrimum ege-tis aut miſeriæ ſtatum, in quem aliquis deve-at*. Sic Juliana virgo martyr rogum extin-

 xit

xit lacrimis, teste Lippeloo 16. Februarii. H
ponensis virgo cum se oleo perunxis
cui pro illa orans presbyter lacrimas i
instillaverat, mox à Dæmonio sanata
apud August. l. 22. *de Civit. Dei* c. 18. Constan
nus Ducas, humanâ ope destitutus, preci
& lacrimis perdit hostes apud Zonaram *T*
3. f. 174. Similiter contra Arium orat pro
in pulvere & lacrimis Alexander Constan
nopolitanus Patriarcha, ibid. fol. 118. De Lu
gero Episcopo multis cum lacrimis totas n
ctes humi decumbente Adrianus Barlan
de rebus gestis Trajectensium Episcoporum p.
& 15. De Jacobo Justo vid. Euseb. *hist. Ecc*
l. 2. c. 13. & Jacobus Januensis fol. mihi 59.
ties in oratione genu flexerat, ut callos in ge
bus, sicut in calcaneis videretur habere. Aliór
scabella orantium genibus detrita, lacrima
per noctem fusas, postridie adhuc in terra
sas tot loquuntur Sanctorum historiæ. Con
rendus in *rituali orantiũ* c. 7. & 2. atq; de gen
tu Columbæ Bellarminus, nosq; jã supra qu
dam de ista materiâ subinde inspersimus.
leganter Johannes Petrus Camusius, Epis
pus Bellicensis: *Ecclesia, blanda illa mater,*
neribus suis medelam affert, longè secus ac M
olim, Exod. 9. Cujus manu cineres in aëra sp
ul

ra & veſicas procrearunt. Ille olim pulverem *uſcas & ſciniphes commutavit. Exod.8. Ec-* *a diei heſternæ muſcas, tabanos, atq́ oeſtra in* *hodiernæ ſapienter frugi, ac temperantiſſi-* *convertit. Spargit ſuas illa cineres non ſecus* nguentum *quoddam* Aaronicum, *Pſalm:* *quod* è capitibus *noſtris* deſcendit in oram imentorum, *per internam ſcilicet noſtri co-* *ionem, ad exteriorem nos modeſtiam, ſan-* *mq́ morum compoſitionem traducens.* Mi- tenſis Epiſcopus Durandus in *rationali di-* *orum* lib.7.c.35. *Quidam (ſc. mortuorum) ci-* *inſuuntur: ut hac veſte inſignia pœnitentiæ* *æſentent: nam cinis & cilicium arma ſunt* *itentium.* Ibidem Durandus: *Fiunt etiam* , inquit, *non quia cadaveribus inſit ſenſus:* *n figuram, videlicet, vel ad reſurrectionem* *andam, vel ad Dei miſericordiam: ſeu bene-* *entiam provocandam: cui talia pietatis offi-* *placent.* Et hinc templa, cœmiteria ac ſe- chra mortuorum olim fuiſſe aſyla demon- t Henricus Kornmannus *de mirac. mortuo-* *i* part. 9. capite tertio. (4.) Precaturi MA- IS LAVABANT atq; OS (quod etiam a- d Turcas obtinere ſcribunt Leonardus uvvolff part.3.c.6.p.365.366. Mich. Hebe- lib.3.c.9.pag. mihi 392. & 393.) de quo plura

Ja-

Jacob.Pontanus *Attic. bellar.* p. 694. Phil. C
roli *Antiq.* l.1.c.12. Aloysius Novarinus l.2. *E*
ctorum c.19. Item lib.5.c.57. Ludovicus d
Cerda *adversar. sacr.* c. 102. Cornel. à Lap.
ad Exod. c.30. atq; alii. Est enim oratio vel
fons limpidissimus, in quo se ipse inspiciat h
mo & impressas simul cœlestium rerum id
as; quæ quidem simulacra intueri dabitur
modo manu ac pede, hoc est, affectione p
vâ, ira, adio, vel invidia non turbetur fons
liquidus. Quod si commoveri contiger
tum nihil in oratione, ceu bonorum propè
mnium fonte, videre dabitur, nihil hauri
quod ad salutem conducat ac beatitate
Nec enim, ait Hieronymus in Regulis Mo
chorum, *ore, sed corde orandus est Deus. Mel*
est septem Psalmorum decantatio cum purit
& serenitate, & spirituali hilaritate, quam tot
psalterii modulatio cum anxietate cordis &
stitia. Confer Hugo de S. Victore l. 1. c. 7. *d*
nimâ. Chrysost. homil. 2. de *fide Annæ* & lil
de *orando Deum* pag. 117. *Cum videro quem*
am non amantem orandi studium, nec hujus
fervidâ VEHEMENTIq; curâ teneri, contin
mihi palam est, eum nihil egregiæ dotis in ani
possidere, &c. Gregorius Magnus l. 9. Epist.
inanis fit oratio, ubi prava est actio. Vide &

P.

lm.pœnitent.5. Tom.2.Col.586. & Cypria-
erm. 6. *de orat. Dominicâ* p. mihi 242. (5.)
niq; orarunt MANIBUS IN CRUCIS
CIEM EXPANSIS, id quod de gentilibus
m eruditè obſervat Phil: Caroli *antiquit.*
.3. Rationem aſſignamus illam, quia Chri-
norum omnis ſpes eſt in Cruce Salvatoris
tri, juxta Auguſtinum : *Oratio, quæ non fit*
Chriſtum, non ſolum non poteſt delere pecca-
, ſed etiam ipſa fit in peccatum. In Pſalm. 108.
eſt ergo gloriatio tua Chriſtiane ? niſi in no-
e crucifixi Domini tui Jeſu Chriſti, &c. ait
ſelmus in ſpeculi cap. 2. quod totum hic ap-
andum eſt. Quapropter ſi ſepeliatur qui-
m, *ſemper crux capiti illius apponi debet : ad*
ndum illum Chriſtianum fuiſſe, ſcribit Du-
dus l. 7. cap. 35. & Pontan. l. 4. *progymn:* 65.
mihi 1139. *Ut intelligatur, ſepultum ad cru-*
i curam & providentiam pertinere, ejusq;
ine ac potentia redivivum, ad illud ſeverum
unal ſiſtendum fore. Jacobus Bolducius in
Cap. 11. Jobi Tom. 1. pag. mihi 479. Ubi
oc ipſo ritu : *Myſticam potius atq; habitu*
demptionis à Chriſto factæ repræſentativam
n naturalem illam manuum extenſionem
to, qua merita proteſtamur Chriſti crucifixi,
patri, ut efficaciſſimum ad impetrandum me-

dium

dium offerrimus. Juxta quam Prudentius [...]
ctos quosdam Martyres decantat ad supplicia
ptos, ita orantes corpus conformasse, ut simul
cifixi, pro quo pati parati erant, cultores se pro
rentur. Sed hæc aliquoties jam memorata [...]
attinet iterùm repetere.

CAP. VII.

De fructuosâ Sanctórum Patru[m] eloquentiâ.

Hugo de S. Caro Cardinalis, qui an. 1[...]
breves commentarios in universa [...]
blia consignavit, super *Ecclesiastici*
43. v. 16. ita loquitur. Deus ad monstrand[...]
suam magnitudinem, misit prædicatores [...]
entes doctrinis, tonantes minis, corusca[...]
miraculis, Psal. 144. 6. *Et virtutem terri*[...]
um tuorum dicent, & magnitudinem tuam
rabunt: qui etiam dura & frigida peccato[...]
corda, & in grandinem congelata, igne ch[...]
tatis & malleo prædicationis confreger[...]
Quod de tot patet Doctoribus, qui sua er[...]
tâ eloquentia non solum Ecclesiam, sed ip[...]
quoq; illustrarunt orbem. Nec enim, qu[...]
Tertullianô sententiosa, abstrusa in Orig[...]
in Cyprianô cothurnata, divina in Aug[...]
no, copiosa in Chrysostomô, florida in C[...]

ogo, ethica in Gregorio, elegantia in Salvi-
, tangere hic lubet omnia, sed paucis iisq;
d obscuris Sanctorũ patrũ eloquentiã ex-
ã documentis. Videamꝰ igitur in editione
etaNicoliniLatina, quomodo divusChry-
omus, qui familiã inter disertissimos du-
occipiat orationẽ de pentecoste fol. 317. in
m.5. *Hodie nobis terra facta est cælum! Non*
is de cœlô ad terram descendentibus, sed Apo-
s à terrâ in cœlum ascendentibus. Quia effu-
piritus S. gratia universum orbem convertit
ælum, non immutans naturas, sed emendans
untates &c. Homiliam 2. ad populum (grass-
te in urbe tumultu ob confractam Cæsaris
uam) ita orditur: *Quid dicam aut quid lo-*
r; Lacrimarum præsens tempus est, non ver-
um &c. Et post multa interjecta: *Vole-*
hic concionem solvere. Nequeunt enim ge-
tium animi longos sermones extendere &c.
ra talia ex Augustinô, cœterisq; patribus ad
imas concitantibus auditores, exempla vi-
apud Hildebrandum *de concionibus vete-*
*, quem omninò hic commendamus Le-
ri. Aliorum Græcæ eloquentiæ duumvi-
um laudes breviter complectitur Erasmus:
regorio, inquit, NAZIANZENO *pietas pro-*
odum ex æquo certat cum facundia, sed amat
signi-

ſignificantes argutias: quas eo difficilius eſt la[...] reddere, quod pleræq́ſunt in verbis ſitæ. Fr[...] hujus BASILIUS ſuavi quodam & inaffect[...] dictionis fluxu, & pietatem & eruditionem [...] cumen, ſicubi res poſtulat, & perſpicuitatem, & [...] cunditatem, & ſiquam aliam virtutem in or[...] re Chriſtiano quisquam deſiderare poſſit, com[...] ctitur. Et poſt aliqua. *Me certè à vertendo [...] gorio ſemper deteruit dictionis argutia, & re[...] ſublimitas, & alluſiones ſubobſcuræ.* Juvat [...] men pauca ſubjungere ex oratione dec[...] tertiâ, habita poſt reditũ, vertente Johan[...] Levvenclavio pag. mihi 356. & ſeqq. *Enim[...] ro ad omnia venientes, in quibus lædi ab hom[...] bus homo poteſt, ecquâ nos in parte læſuri ſint [...] deamus. Indoctum vocabunt? Unam ſapie[...] am novi, timere Deum, &c. Num pauperta[...] objicient, quæ divitiæ meæ ſunt? Utinam & [...] nos hoſce liceret exuere, quo nudus ſpinas h[...] vitæ percurrerem. Utinam & gravem hanc [...] nicam liceret quamprimum deponere, quo le[...] rem conſequererer? Exulem vocabunt? q[...] demiſsè de nobis ſentiunt homines reapſe inj[...] & hoſpitum oſores. Quæſo vos, eſt ne mihi [...] ſcripta certis finibus patria, cui tum quævis, [...] nulla eſt patria? Non tu quoq́ peregrinus es & [...] vena? equidem habitionem tuam non laud[...]*

adfectus es. Vide ne vera excidas patria, ad uam conversatio nostra conferenda est &c. Lo- um principem nobis eripient? quis unquam ente præditus & cordatus hunc suspexit & ad- iratus est? in hoc vero tempore illum (mea qui- m sententia) fugere, principis est prudentiæ. opter hunc omnia nostra quassantur ac pertur- ntur, &c. Dignissimus, qui totus volvatur, cus: De Sancto Carthaginensium Episco- o Cypriano itidem Erasmus: *Talis ubiq; ser- onis habitus est, ut loqui sentias verum Christi- um episcopum, ac martyrio destinatum. Pectus det Evangelica pietate, & pectori respondet o- tio, loquitur diserta, sed magis fortia, quam di- rta, neq; tam loquitur fortia quam vivit.* E- mplo sint pauca illa, quibus Martyres ad me- lla damnatos consolatur lib. 3. Epist. 25. pag. ihi 104. (nā sermones ejus omnes ardentis- mam spirant pietatem) *Non fovetur in me- llis lecto & culcitris corpus, sed refrigerio & so- tio Christi fovetur. Humi jacent fessa laboribus scera, sed pœna non est cum Christo jacere. ualent sine balneis membra, situ & sorde defor- ia, sed spiritaliter intus abluitur, quod foris car- liter sordidatur. Panis illic exiguus. At non in ne solô vivit homo, sed in sermone Dei. Vestis gentibus deest. Sed qui Christum induit, & ve-*

 stitus

ſtitus abundanter & cultus eſt &c. Quin & d
terioribus ſeculis eloquentiæ non penitus i
teriêre ſtudia. Nam Latinus ille Monachus q
Euſebii Emiſſeni nomen ſuis præfixit ope
bus (de quô Andreas Rivetus *critici ſacri* l
cap.1. Robertus Cocus *in Cenſurâ* pag. mihi 2
& ſeqq.) homilia 7. de Paſch: *Ecce contra le*
ſuas hodie de inferis vita proceſſit, & per vias, q
reditum non habent in vitâ, morte remea
Quinimo mors ipſa in ſua regione captiva
pavit ſubito talem mortuum: & quæ debitor
ſuum putabat, creditorem atq́ exactorem eſſe
gnovit &c. & hom. 10. *Præfert clavorũ confix*
ne corpus inſertum, & lanceæ illiſione confoſſu
Quid hoc eſt? Expoliata eſt fragilitas, exina
ta mortalitas, ſola in cicatricibus permanent
verenda teſtimonia paſſionis. Nimirum illud
lum, unde reſurrectio erat credenda, abſtulit
Sanctus itidem Bernhardus neſcio quid m
lifluæ ſemper fundat eloquentiæ, ita ut
Chriſtô diſſerens in abyſſum penitus abripi
deatur divinæ dulcedinis: Hinc rectè I.L
ſius cent. 3. ad Belgas Epiſtola 49. mihi 7
Inter Latinos Bernhardus me capit,
uſum habet excitandi, ob acrimoniam
biq́ & calorem: tum etiam docendi atq́ im
mendi, ob ſententiarum acumen, quas crebr

ſa

lubriter miſcet. Nos eam in rem quoniam
apite I. qvædam jam congeſſimus, pauciſſima
Item delibabimus è concione 1. in die pal-
arum, ubi injicit hanc quæſtionem, cur Ser-
ator optimus *proceſſionem habere voluerit, qui
ox futuram noverat paſſionem?* Iſti interro-
ationi ut faciat ſatis, varias affert rationes,
uas inter hæc prima: *Ut amarior eſſet Paſſio,
uam proceſſio præceſſiſſet: ab eodem enim popu-
, in eodem locô, & ipſo tempore, pauciſſimis die-
us interpoſitis, primo cum tanto triumphô ſu-
eptus, poſtea crucifixus eſt.* Hæc ubi paucis an-
otavit S. Doctor, tum altiori cothurno in-
rgens exclamat. *O quam diſſimile eſt: Tolle,
lle, crucifige eum; & : Benedictus qui venit in
mine Domini, Hoſanna in excelſis. Quam
ſſimile: Rex Iſraël: & : non habemus Regem
ſi Cæſarem. Quam diſſimiles rami virentes,
crux: flores & ſpinæ.* Nimirum, addit ſta-
m, ferre ita genium mundi, rationemq;
ortalis hujus ævi: *Ut videat ſecularis anima,
ideat & intelligat, quoniam extrema gaudii lu-
us occupat: hic nimirum eſt tranſitoriæ finis læ-
tiæ, hic fructus gloriæ temporalis.* Sed plura
iicere vetat ratio inſtituti: Accendere e-
m his paucis me lectoremq; animus eſt, ut

 eos

eos maturè legamus in terris, quorum co
sortes olim evadere volumus in cœlis.

CAP. VIII.

Quod in unica Salvatoris nostri sat factione omnium beatè morientium fixa semper fuerit fiducia.

ALexander Calamato, Sacerdos secula in Siciliâ rectè scribit *in praxi adjuv di agonizantes.* TOTAM SPEM S LUTIS NOSTRÆ COLLOCARE DEE MUS IN MERITIS CHRISTI. Ration jam assignaverat Hadrianus sextus ipse P tifex *merita nostra* comparans *baculo arur neo & panno menstruatæ* in quartum sent tiarum *de sacramento Eucharistiæ* post initiu Hinc Stanislaus Cardinalis Hosius: *No ne causa,* inquit, *in Ecclesia catholicâ semper servatum videmus, ut qui morti jam sunt pro mi, simulacro Christi crucifixi ante oculos po diligenter admoneantur, quo propriæ justitiæ fisi, in una Christi justitia spem & fiducian mnem locatã habeant, illam patri cœlesti præ tent, illi uni innitantur.* Id quod dilucidiꝰ ex nit citatus Calamato: *Inspice hic Redẽptorẽ m di, spinis coronatum, ut te coronaret gloria:*

*in lacrimas erumpentibus, quibus tua deplo-
t peccata: Capite inclinato, ut tibi ſuave det o-
lum pacis. Nudum, ut veſtiat & ditet ſuis me-
is: extenſis brachiis, ut inſtar pientiſſimi pa-
s benignè te recipiat & amplexetur. Corde &
ere aperto, ut immenſum tibi oſtendat amo-
n, quo te proſequitur: Manibus pedibusq; cru-
affixis, ut te ad pœnitentiam exſpectet in ulti-
am usq; horam: Corpore toto plagis confecto,
animam tuam ſanet, curetq; omnes peccato-
m plagas. Ecce deniq; ipſum mortuum in hac
uce, ut æternam tibi largiatur vitam.* His &
nilibus conſiderationibus paſci ſub exitum
tæ voluit Hugo Grotius, dum Roſtochii,
o ex itineris tempeſtate delapſus fuerat,
hannem Quiſtorpium ad ſe accerſendum
ravit, ut de ſatisfactione & merito Chriſti
ſſereret. Uti etiam in vita Eraſmi Rotero-
mi legimus, eum *clara Chriſtianæ patientiæ
q; animi religioſi documenta edidiſſe, quibus in
riſtum ſe ſpem omnem figere teſtabatur; aſſi-
ė clamans: O Jeſu miſericordia &c.* In qua ſpe
pleniſſimâ perſuaſione Magnus etiam Jo-
phus Scaliger animam placidè exhalavit, ut
ors ſomno ſimillima videretur, teſtante
ominico Baudio oratione 2. *Quin & uberi-
s lacrimis deplorabat nimiam vivacitatem*

 ſuam

ſuam, quod ad ea usq; tempora duraſſet, quibus dubium vocaretur meritum ac ſatisfactio Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. De Juſto Lipſiô Jacobus Lobbetius Tom, 1. pag. 210. Morti ja proximus, ab amicô literato monitus, men niſſet ſe Philoſophum eſſe, eumq; præſta ſe in morte, quem in vitâ. Eo momento, q e vivis abeundum, quo cum dolore, morb ipſaq; morte luctandum, opus eſſe quam m xime apatheia illa inter ſtoicos celebratâ. haec Lipſius etſi proſtratô corpore, erecto men animo: *Apage*, inquit, *Philoſophiam iſta* tum converſus ad Chriſti è cruce penden imaginem: *En*, inquit, *Philoſophia mea*. De F derico Taubmanno Eraſmus Smidius *in p rentatione*, Georg Schedius in *virid. philol.* ce 2. tit. 58. ac Melchior Adami *in vitâ* referu ipſum pridie ejus diei, quo mortuus, ad D ctorem Balduinum dixiſſe: Hic jaceo & ctor cum Domino meo Jeſu Chriſtô, ad ſtar Jacobi, non dimiſſurus eum, donec a mæ meæ benedicat. De Ludovico V. Gall rum Rege Marulus Spalatenſis l. 5. c. 10. *Non ſericis, ſed in cinere jacere voluit, & extenſis inſtar crucifixi manibus animam efflavit. Sic h miliatus regnum deſeruit terrenum, & cum Ch ſto regnare cœpit in cœlo.* De Johanne Hu

ulusEberus *in calend: historico* ad diem 8. Ju-
: Ad supplicium ductus, subinde inter eun-
im has voces ingeminavit: *Jesu Christe, Fi-
Dei vivi, qui passus es pro nobis, miserere mei!*
in rogô etiam aliquoties eandem precatio-
em repetiit, anno 1415. Alios, laudes Jesu
hristi in morte decantantes, describunt Ni-
phorus *hist. Eccles.* l. 7. c. 8. l. 16. c. 36. l. 17. c. 11.
ildebrand. *de arte moriendi* c. 9. n. 16. 17. 31.
bbetius. Tom. 3. pag. 46. & 47. Drexelius
rt. 2. *amoris & deliciarum gentis humanæ* c. 1. §.
Casparus Titius *in locis historicis* Germanicis
. mors beata. Nimirum *hora illâ extremi a-
nis adveniente, tum demum experientiâ disci-
us, quid ante in doctrinâ Evangelicâ profeceri-
us:* ait Manlius *collectan.* p. 125. & præmittit
emplum Francisci Ducis Luneburgensis, i-
sub vitæ exitum deprecantis: *Omnipotens
eus, veni tandem & miserere mei, propter Fili-
n tuum unigenitum.* B. Claram dulci imagi-
e Salvatoris, in ultimô morbo recreatam
ribit Joh. Perpinianus orat. 5. De Johanne
aptista, *quo major non surrexit inter filios ho-
inum,* Joh. Ferus illustrans verba: Cujus,
on sum dignus, ut solvam corrigiam calcea-
nentorum, &c. *Omnem gloriam operum nostro-
um hoc verbo damnat: Si enim Johannes indi-*

gnum se fatetur, quid tu gloriaris de meritis tu
Mera igitur gratia, mera misericordia est, accep
se ut servias. Hinc ille ad Christum è carce
suos mittit legatos, in Christô suam unicè
gebat fiduciam: Quoniam *hic est Agnus D*
qui tollit peccata mundi. In vitâ P. Camilli
Lellis Fundatoris Clericorum Regulariun
5.c.5. legimus, Romæ virgunculam annos c
citer sexdecim natam, Johannam nomine,
hementi dolore pectoris cruciatam, in
moriendum semper os tenuisse applicitum
perto lateri Christi crucifixi sponsi sui, ac
cinisse: *Jesu Jesu, cor meum accipe, nec ampl*
redde. Dulceq; hoc carmen ita finiisse:
brachia rogo te, quæ extendisti in cruce, pecc
mihi remitte. Turianus Cerveral de Phili
II. Hispan. Regis excessu l.2.c.9. memorat
ferali eum lectulo passionem Christi è M
theo Evangelista sibi prælegendam jussisse,
fixâ cordis semper fiducia in sinum Salvato
animã efflaret, seq; hoc amuleto contra m
bi mortisq; cruciatus subinde erigeret, vel
eleganter eam in rem scribit Augustinus Pa
lettus Dominica in Albis: *Revera quinq;*
sis purpureis vulnera Christi assimilari possunt.
sa teste Plinio, adversus ægritudines multas rem
dium est. Odor ejus cerebrum confortat, in pul

ren

n contusa sanguinem sistit, insuper virtutem bet spiritum ægri corroborandi, & recreandi. n absimiliter Rosæ vernantes quinq; cicatri- n operantur. Experientia id probemus: Ser- tor discipulos mærori immersos videns, confor- ivũ sumendum porrigit & applicat, dum eis o- ndit latus & manus, quibus ostensis, ipso statim mento, omni mærore pulsô gaudent, & exul- nt. Similiter Augustinus in manuali c. 21. *ulnera Jesu Christi plena sunt misericordia, ple- pietate, plena dulcedine & charitate,* & paulo te.: *Tuta & firma requies est infirmis peccato- us in vulneribus Salvatoris. Securus ibi ha- o. Patent mihi viscera per vulnera. Quicquid me mihi deest, usurpo mihi ex visceribus Do- ni mei; quoniam misericordia affluunt, nec de- nt foramina per quæ affluant. Per foramina poris patent mihi arcana cordis* &c. Ibidem. c. *Extendit brachia sua in cruce, & expandit nus suas, paratus in amplexus peccatorum. In- brachia Salvatoris mei & vivere volo, & mo- cupio.* De S. Elisabetha Hungarorum Regis â Jacobus Lobbetius Tom. 3. pag. 272. fin. In ima vitæ, seu brevioris ævi, scenâ Christum dit, & hæc ab illô audivit: *Bono animo esto a; Ego tecum sum.* Cui illa: *Ita Domine, tu cum & ego tecum.* Sicq; in amore Sal-

 vato-

vatoris exſpiravit, cæleſti thalamo poti
Laurentius Surius Lubecenſis (natus eni
Lubecæ poſt reformationis tempora,& qu
niam mater difficilis partus cruciata dolo
S.Dionyſio,cujus dies inciderat, eum dev
verat, ſimulatq; pueritiæ annos ingrede
tur,Coloniam miſſus,ibidemq́; in Carthuſ
norum familiâ tot ſcriptis voluminibus t
to orbe inclaruit) *Tom.V. ad diem 27.Septe*
bris,narrat S. Elcearium, inter ultimi mo
graviſſimos æſtus cum nullo mortalium c
locutum,nec quicquam ſolatii habuiſſe, n
ex continuâ cruciatuum Domini noſtri Je
Chriſti memoriâ,ideoq́; Chriſti patientis h
ſtoriam ad lectum ſibi aſſidue prælegenda
curaſſe. Deniq; ſumptâ Euchariſtia ad extr
mam luctam tertium repetiiſſe: *Per cruc*
& paſſionem tuam libera me Domine. m
gnoq́; ſpiritu addidiſſe: HÆC EST SOL
SPES MEA! *in hac emori certum eſt.* Plu
talia exempla congeſſere Chemnitius *in*
xam.Concil.Trid.part.1. Calixtus *de pactis*
198.& ſeqq. item *digreſſ. de arte novâ*
234.ſeqq. usq́; ad 253. Gerhardus de *Eccleſiâ*
107. Horneius diſp.4.*de juſtific.*th.231.& ſeq
Drex. *Tribun.*l.1.c.10.paſſim.Ad quæ remit
Lectorem,cum nullum eorum hic retuleri
Qu

in imo non solum citatis locis Calixtus
um etiam in *Epicrisi ad Colloq.* Thuro-
nse, *Appendice ad Hassiæ Landgraffium &*
efutatione Germanicâ lit.m.m. & seqq. ex
endis, quas vocant, tot antiquis demon-
t, nullum suis operibus, sed omnes in ve-
i Ecclesia Passionis meritô salvari voluisse
ribundos. Hieronymus Bueck Lubecen-
in inclyta Danorum Metropoli ad ædem
rmanicam divi Petri Pastor Regius *concio-*
funebri, Antecessorem suum Danielem
eiffium memorat, sub vitæ finem Dn. Hen-
um Ernstium Consiliarium Regium com-
lasse, quod sciret ipse, se in concionibus
s nihil aliud prædicasse, quam Jesum Chri-
m crucifixum, quem & haberet in corde,
n quo SOLO jam suam constitueret salu-
n: simulq; textum à funere explicandum
gisse ex tertiô ad Philippensis capite: *Exi-*
no, omnia detrimentum esse; propter emi-
tem scientiam Jesu Christi Domini mei: pro-
r quem omnia detrimentum feci, & arbitror,
tercora, ut Christum lucrifaciam: ut & inve-
r in illô non habens meam justitiam, quæ ex le-
est, sed illam quæ ex fide est, Christi Jesu, quæ ex
o est justitia in fide: ad cognoscendum illum, &
tutem resurrectionis ejus, & societatem passio-
nis

nis illius: configuratus morti ejus. Si quo m
occurram ad resurrectionem quæ est ex mort
Non quod jam acceperim, aut jam perfectus s
sequor autem, si quomodo comprehendam, in
& comprehensus sum à Christo Jesu. Fratres, e
met me non arbitror comprehendisse. Unum
tem: Quæ quidem retrò sunt, obliviscens; a
verò, quæ priora, extendens me ipsum: ad de
natum persequor, ad bravium superna voca
nis Dei in Christo Jesu. Eundem in modum H
ricus Bangertus de Antoniô Colero J
atq; Consule Lubecensi, ubi de exitu vit
psius: *die, quem hac mortalitate novissimum*
buit, preces pias, & sacras meditationes de pa
ne Domini prælegi sibi volebat; quas attentè
diebat: quoties qui assistebat, à legendo cessa
menti ægrotantis semper obversabatur mis
cordia Dei, quæ omnes homines complectitur.
animum suum confirmabat; cum frequente
cum repeteret: DEus clemens & misérico
Tu DEus misericors juva! *Ibi cum adstant*
quispiam illud Davidicum ipsi suggessisset: Si
Pater miseretur Filiorum; *oppidò gavisus es*
infinitam Dei erga genus humanum misericor
am laudare & celebrare cæpit. Sed & divin
mum illud S. Johannis dictum de vi atq; efficac
te sanguinis Christi, in nobis à peccatorum ma

nundandis frequenter in ore habebat, & ſæpè ſecum: ab omnibus, ab omnibus peccatis, non à ucis; idq́ue vultu ad aliquam hilaritatem comito, ut animi gaudium atq́ue ſolatium, quod ex â piorum verborũ conſideratione percipiebat, is intelligeres. Et paucis interjectis. *Ut quonm diſcipuli in villã Emaus euntes, cor arſiſſe ſiinter explicationem Chriſti confitebantur: ſic grare æternæ vitæ deſiderio videbatur Colerus, oties pietatis plena hæc ipſi recitaretur meditaHoras enim aliquot, antequam animam, ad rna illa anhelantem, exſpiraret, ſive raptu odam extra ſe, ſive cœleſtibus totus immerſus itationibus, nihil ferè aliud quam pias iſtas ces indeſinenter ſecum ingeminabat:* O ſaninem! O ſanguinem dulciſſimum! ſanguim quo redemptus ſum! ſanguinem ſordes nnes abluentem! O viam floribus ſtratam, r quam eundum mihi! *Inter divinas has vor & ſancta deſideria reliquit corpus pia animu& ad beatas illas ſedes inter comitatus Angelir evolavit.* Sic Robertus Bellarminus ſub tremum vitæ agonem, rejectis omnibus is meritis ac operibus, SOLA fide in Chrim Jeſum aſpiravit ad ſalutem, teſte Jacobo ligattô. Nos in præſenti pluſculis ejuſdem c de re verbis, quibus, concionem V. ſuper

Pſal-

Pſalmum nonageſimum finit, libellum ſtrum obſignabimus. Explicans enim & Chriſtum poſtea accommodans Proph verba: Scuto circumdabit te veritas ej *Nihil verius*; inquit, *quam Chriſtum clypeum ſtrum aliquando fuiſſe &c. Vidit Filius Dei rentem ſuum in nos armatum, vidit arcum & gittas jam paratas, vidit gladium exacutum diſtrictum: vidit ab alterâ parte nos omne ermes & qui neq; viribus neq; prudentiâ tela divinæ declinare poſſemus? Quid igitur? Miſe cordiâ motus, inter nos & Deũ ſe mediũ conſti it, & tanquam, ſi clypeus noster fuiſſet, omnes p gas, omnes ictus, omnia vulnera, omnia tela, q in nos à Deo dirigebantur, in corpore ſuo ipſe cepit.* Et cum ſacrarum illud literarum te moniis firmaſſet, pergit eleganter: *Nunqu magis clypeus iſte neceſſarius erit, quam in ex de hoc ſeculo. Mox enim, ut animus à corpore paratur, aſpicit hinc ſupplicia horribilia dam torum, inde gloriam inexplicabilem ſanctoru hinc ſulphureos globos flammarum, inde vir tem paradiſum delitiarum: hic lamenta & ge tus miſerorum, inde cantica jucundiſſima bea rum. Itaq; ſummo & infinito quodam deſide tenetur pœnas evadendi, Regnumq; cælorum dipiſcendi. Sed occurrunt Sagittarii Spiritus fernales, & verba tanqum tela jaculantur, &*

t: Heus tu, quo tendis? non ad te pertinet se-
illa beatorum. Quo jure, quo titulô adspiras
Regnum, cui perpetuus carcer præparatus est.
scis primum tuum parentē cum sibi, tum omni
eritati jus ad eum locum perdidisse? Non re-
daris, quam multa tu deinde ad originale pec-
um crimina addisti? At si Christi amicus fue-
nihil tibi jacula ista nocebunt, quoniam scutô
cumdabit te veritas ejus. *Poteris enim respon-*
e ac dicere. Ego quidem ex me nihil habeo,
de Regnum cælorum mihi debericenseam, imo
illud inficior, me gehennæ crucia-
non semel meis flagitiis meruisse; tamen pro-
r jacula vestra non timeo, quod Christus Domi-
meus duplici jure paradisum obtineat: Jure
editatis, quia Filius est: & jure victoriæ, quia
num illud armis sibi comparavit: ex duobus
em titulis, priore ipse contentus, posteriorem
avit mihi. Sed væ illis, qui clypeum non habent
. Concludit tandem Bellarminus concio-
m suam, & nos illis ipsis verbis librum no-
um: *Quare, Auditores optimi, clypeum tam*
essarium, qui non habet, comparare: qui ha-
, conservare diligenter studeat, ut eô protecti
, muniti, castra dæmonum securi pertransire,
ad Regnum illud felicissimū pervenire valea-
mus, ubi Dux noster vivit & regnat in sæ-
cula seculorum, Amen.

Index omnium Capitum

Errata.

Corrige p.5.l.8: *aſſerit*, l.9. *meo* p.16. l.6. *ad* p.
.24. *ne* pro *ut*. p.20.l.12. 280.p.26. l. antepenult.
p.34 l.6. veluti p.41 .l.12. moverit. p.46. l.13. per
reſceret? p.47.l.17. *teneri* p.58. l. 21. *orantium*
debrandus p.60.l.3. item l. 10. odio.p.64.l.9. *deter*
l.ult, *habitationē*. Cœtera benevolo Lectori commit